Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

colit. tu dm̄ auersaris ac despicis. Ille sua castra defendit. tu
tantum imperatorē offendis dū deseris. Pro nefas. figmen
tū nichil prestat et colitur. ds cuncta largitur. et apro
fano ppto declinatur. Si tibi israheltta excipis quispiam
diceret. ego semp qd colui colo. qd defendi defendo. qd
uenerari institui numquā destruxi. Cur tu deseris tua.
Cur exempla non sequeris mea. ut tta tua retinere con
tendas. ut me mea conspicis retinere. Aut cur quē cole
bas dnm̄ deseris. cū me figmentū numquā deseruisse
conspexeris. Aut quare non poteris meo ꝓuocari exem
plo. cū tuo ego debuerim ꝓuocari. Qua defensionē pote
ris salutis obtendere. quā uindicationē poteris inuenire.
qui nec aliena opprimis. nec tua defendis. nec reos redar
guis. nec te innocentē ostendis. Reuertere quęso. reuer
tere addm̄. Reuertere inquā addm̄. quia preter illū in
uenire non poteris aliū. Reuertere adeum. quē indigne
offenderas. reuertere adeū. quē crudeliter deserebas.
Reuertere adeū. qui idcirco causā ꝓponit ut purget. q
idcirco obiurgat ut saluet. qui idcirco ante prestruit
ne condempnet dicendo. Quot inuenerunt inme patres
uri delictū quia recesserunt ame. Ueneranda pietas di.
o detestanda contumacia ppli. Dicite inquit dns. qd pec
cauerim. quidue deliquerim. Cur a uobis contempnar ac
deserar. cur post beneficia talia non agnoscar. Nec post in
numera dona a uobis uniuersis adtendar. Aut meā culpā
edicite. aut contemptus pęnas exsolute. aut me uobis
in aliquo defuisse monstrate. aut uos michi paruisse